



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

Ab Innocentio VII. Creati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

geretur, in mediū venire prolatabat) summo Sacerdotio motus sit, nullo ei vel Collegis aduersatoribus, eadē pariter, eodēque loci perpeffis vitio vertendū est: Sed quoniam grauescentibus in dies Ecclesie malis, Schismatum grauitate iuxta discrimen vltimū ventum erat, tripertitā elauium potestātē, cum tres Romanis præessent sacris, ad vnum Martinum quintū transferre pacis interfuit, quo medio & sequestre opportuno magna Dei benignitate ingruenti noxę obuiam itum, & rebus extremis subuētū: cum Synodi votis & destinatis nemo vnus extra Benedictū 13. aduersatus sit. Raphaelē Fulgosiū, Simonē de Perusio, & Petrum de Ancharano Legū famosē peritos iuris & ipse doctor studiosissimē coluit, Leonardūque Brunum à Secretis habuit. Florentiæ Cardinalium Decanus decessit, ibidemque iacet in Templo S. Ioannis, cum hoc Epitaphio ex memoria prioris fortunæ conscripto.

*Ioannes quondam Papa 23. Obiit Florentiæ anno Domini 1419. xi. Kal. Ianuarij.*

**COSMATVS MELIORATVS** Cardinalis qui postea Innocentius Papa 7. Orationem grauissimam in confessu Cardinalium de Ecclesiastica vnione habuit, Romæque iacet in æde S. Petri vaticana cum hoc Epitaphio

*Innocentio vij. Pontifici Maximo cum neglecti eius sepulchri memoria interijisset. Nicolaus 5. Pont. Maximus restitui curauit.*

---

**AB INNOCENTIO VII. CREATI.**

**PETRVS PHILARGI** Cretensis, Græcus, ord Minorum, Cardinalis qui postea Alexander Papa 5. Ecclesie discordiis fessæ, quasi precariò præfuit, scripsitque  
**Quodlibeta.**

In libros Sententiarum Commentaria, vt notat  
Trithemius.

Conclusiones Concilij Pisani, quæ extant in Bi-  
bliotheca Cantabrigiensi.

Sermones varios.

Multaque opuscula Obligationis, & in qualibet a-  
lia facultate. vt indicat Tossignanus. Bononiæ  
iacet in Ecclesia Minorum cum hoc Epitaphio.

*Summus Pastorum Alexander quintus, & omnis*

*Scriptura lumen, sanctissimus ordo Minorum*

*Quem dedit, & proprio Cretensis nomine Petrus. Mi-  
grauit an. 1410.*

*Petro Philargo Cretensi, viro insigni, oratori gentium, Concio-  
natori facundissimo, Consiliario Ducum, Disputatori acerrimo,  
Parisijs publicè Theologiam profitenti, in quatuor Sententiarum  
libros scriptori luculentissimo, qui ex ordine Minorum ad Episcopā-  
tum Vincentiæ, Nouariæ, Archiepiscopatum Mediolanensem,  
Cardinalatum, & tandem ad Summi Pontificatus apicem euectus,  
& Alexander s. appellatus. Bononiæ moritur, anno salutis 1410.  
Pontificatus sui mense octauo. Ioannes Baptista Paganus de Zan-  
ctinis bono pietatis impulsus, dum plura in hoc templo, diuino cultui  
pararet, eidem Diuo Cultori hoc mausoleum reparauit an. 1588.  
die 20. Septembris.*

---

A GREGORIO XII. CREATI.

B. IOANNES DOMINICI Florentinus, ordinis  
Prædicatorum, Theologica Scientiâ clarus, quæ Cardi-  
nalatus auctario non mediocriter emicuit, scripsit

In Ecclesiasten.

In Cantica Canticorum.

In Euangelium Mathæi.

Super